Fragmentarium



ſynagogę inſtantia. ad fidei & ueritatis
ſunt gr̃ām conuerſi. Adducentes aut̃
aſinā & pullum diſcipuli: impoſuerunt
ſup tū ueſtimenta ſua. & dn̄m deſuper
ſedere fecerunt. Ueſtimenta diſcipulorę
opera ſunt iuſticię. teſte pſalmiſta q̄ dr̄.
Sacerdotes tui induantur iuſticiam.
Aſinos quos nudos mueniunt diſcipuli
ſuis ſternunt ueſtimentis. & ita dn̄m de
ſup imponunt: cum predicatores ſcī q̄ſlibet
a ſcitatis habitu uacuos inueniunt. hos
q; uitę ſuarū exemplis. ad ſuſcipien
dam fidem & dilectionem ſui condito
ris imbuunt. Non eū nudam dn̄s
aſinam. non nudum uoluit aſcendere
pullum: quia ſiue iudeus ſiue gentilis.
niſi ſcōrę fuerit dictus ornatus & actus.
non poteſt dn̄m habere rectorem. ſed
regnat potius peccatum immortali ei
corpore: ad obediendum concupiſcen
de ſcōrę libris excerpit. p quas ſimplicium
xp̄i corda ne in uia ueritatis errent
aedificet. Turbę aut̃ quę p̄cedebant
& quę ſequebant̃: clamabant dicentes.
oſanna filio dauid. Una eademq; confeſ
ſionis & laudationis uoce. dn̄m qui pre
cedebant & qui ſequunt̃ exaltant: quia
nimirū una eſt fides eorę. qui ante incar
nationem dominicam. & qui poſtea fuere
p̄bati: quamuis ſacramenta habuerint
p temporum diſparia ratione. petro attes
tante qui dr̄. Sed p gr̃ām dn̄i ih̄u cre
dimus ſaluari. quem admodū & illi.
Quod aut̃ aiunt oſanna filio dauid.
hoc eſt quod in pſalmo legimus: dn̄i ē
ſaluſ. & ſup̄ pop̄lm tuum benedictio tua.
hoc quod in magna deuotione laudis.
in apocalipſi ſcōrę chorus reſonat. ſalus
do nr̄o. qui ſedet ſup̄ thronū & agno.
Benedictus qui uenit in nomine dn̄i.

EX LIBRIS
SEMINARII
BRUGENSIS.

License: public_domain – Brugge, Archief Grootseminarie Brugge, Ms. 103/129, upper flyleaf v – Homiliary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-vare/8875/66878)